



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Corpus hominis ante peccatum mortale & immortale erat: post peccatum,  
mortuum. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

terat nō mori. Post peccatum vero, factū est mor-  
 tuum, sicut dicit Apostolus: Corpus propter pec-  
 catum mortuum est, i. necessitatem moriendi in  
 se habet. In resurrectione vero erit spirituale, scil.  
 agile & cibis non egens, & immortale: non sicut in  
 statu primo fuit, scil. quod possit non mori, sed  
 etiam quod non poterit mori. vnde August. super  
 Gen. Apost. ait: Corp<sup>9</sup> quidem mortuum est pro-  
 pter peccatum, & cæt. Prius de limo terræ forma-  
 tum est corpus animale non spirituale, cum quali  
 resurgemus. Renouabitur enim à verustate, non  
 in corpus animale quale fuit: sed in melius, i. spiri-  
 tuale, cum hoc mortale induet immortale: in quo  
 mutandus erat Adam, nisi mortem corporis ani-  
 malis peccando meruisset. Non ait Apost. corpus  
 mortale est propter peccatū, sed mortuum. Illud  
 enim ante peccatum mortale, & immortale erat,  
 quia poterat mori & nō mori. Aliud autē est nō posse  
 mori, aliud posse nō mori. Ideo factū est per pecca-  
 tum nō mortale, quod erat, sed mortuum, quod  
 non fieret nisi peccaret. Animale enim nō est hoc  
 corpus, sicut primi hominis fuit, sed iam deterius  
 est: habet. n. necessitatem moriendi. Ecce hic eui-  
 dēter aperit August. quod corpus hominis ante pecca-  
 tum mortale, & immortale fuit, sed non qualiter  
 fiet in resurrectione. De hoc eodem Beda super Ge.  
 ait: nō est credēdum ante peccatū ita fuisse mor-  
 tua corpora, sicut modo. Ait enim Apost. Corpus  
 propter peccatum mortuum est: sed licet fuissent  
 animalia nondum spiritualia, non tamen mor-  
 tua: quæ, scilicet, necesse esset mori.

Genes. 2. b.

Aug. tom. 3.  
ad princip.

Roman. 8. b.

Li. 2. ca. 19.

Roman. 8. b.

Lib. eod. de

Gen. ad li-

terā ca. 24.

1. Cor. II. g.

Ibid. ca. 25.

in princip.

Augustin.

Augu. eod.

li. 8. cap. 26.

ad princip.

Roman. 8. b.

Beda e. gl.

ord. ad il-

lud Gen. 2.

In quacun-

que die co-

mederis.

*Vtrum immortalitas quam habuit ante peccatum, esset de  
 conditione nature, an gratiæ beneficio.*

Solet hic quæri, cum homo primus mortale &  
 immortale corpus habuerit, vtrum ex cōditione  
 naturæ ipsius corporis habuerit vtrunq; an alterū